



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Blasius Ep. Et M. 3. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

charum pignus à pectore avellere? poteras alienis manibus unicum Filium concedere? & talem Filium? & tu, ô Puer JESV suavissime, poteras abire sinu tam dulci? poteras aliis ulnis quām Matris in ulnis delitescere? Ite nunc parentes avari, qui Deo negatis prolem, orco datis: ite molles filii, qui pluris avocantē patrem, quām D E V M vocantem, pluris unam matris lacrimam, quām omnem JESV sanguinem facitis ingrati. Ite & utrique ætatis florem discite non mundo, sed templis, sed aris, sed Deo dicare. Ex Histor. Evangel.

Mariam ó fidelis anima imitare; ut enim spiritualliter purificeris, & à delictorum valeas emundari contagis, in templum cordis tui ingredere, & Deo per orationis studium ac contemplationis otium vacare contente. S.Laur.Just.serm.de Purific.

S. BLASIUS E P. ET M. 3. Februarii.

BLASIUS Sebastenus Episcopus in montem Argæum secessit, inde velut ex speculâ gregi suo advigilaturus; ubi feras ad omne genus officii obsequentes habuit; fuitque tam sedulæ servitutis stipendum benè precari stato tempore confluentibus. Subinde cum indagine mons cingaretur, nobile venationis auctarium BLASIUS secessit. Dum ad quæstionem rapitur, non paucis isolutem attulit, inter quos filium memorant unicum unicè matri suæ dilectum, cui de pisce spina fauces obsidens loquela jam eripuerat, vitam etiam ereptura, nisi prior eam è gutture BLASIUS rapuisset. Atque hoc est, quod à majoribus edocti simili in periculo similem Divi opem hodieque imploramus. Cæterum ab hominibus ad feras, non à feris ad homines diceres migrasse, ita barbarè ab Agri colao

Feb.
ienis
n Fi-
abire
is in
Deo
qui
tem,
JESV
tatis
aris,

itua-
con-
ora-
nten-

ii.

ntrem
regi
fficii
tutis
uen-
etur,
effit.
item
nicè
obsi-
ptu-
ffet.
ili in
lora-
feris
Agri-
olao

4.Feb. VITÆ SANCTORVM. 71
colao sùdibus secundùm acceptus est. Ejus sanguinem cùm septem matronæ legissent, ipsæ quoque verberibus laceratæ , in candidissimæ innocentiaæ testimonium non nisi lac per vulnera egesferunt, quod tamen ipsum mox capite truncatæ pulchrè sanguine miscuerunt. At BLASIVS undis, quibus mergendus erat, ancillantibus usus, lacum primò non aliter ac pontem perambulavit, dein velut fessus molliter in medio aquarum consedit; haustis interim vortice LXVIII. viris, qui Deorum suorum fiduciâ idem agere tentârant. Tandem cum geminis unius ex septem, de quibus dixeramus, matronæ filiolis, lictori cervicem præbuit. Quibus è vulneribus plus gloriae quàm sanguinis manavit. Ex Surio.

Sine ferro Martyr esse poteris, si patientiâ in animo veraciter conservaveris: Non pacificus consortium non merebitur Angelorum; Lividus & iracundus erit particeps Dæmoniorum. S.Bern.de Mod.bene viv.c.40.

S. REMBERTUS EP. 4.Februarii.

TAntum REMBERTVS apud Deum poterat, ut Sacerdos piacularibus flammis addictus eum patronum expeteret: ut minus mirere, si, quod in inferno ignes habuit imperium; Antistes Bremensis factus in eorum etiam inquilinum malum genium exercuit. Insederat hic Carolum Crassum postea Imperatorem, universoque regno & Ludovico patri luctuosum dederat spectaculum. Frustrà per Divorum tumulos circumducebatur, frustrà carmina devotaria adhibita, donec REMBERTVS larvis filium, & patrem solicitudine liberavit. Carolus memor bello nuper patrem se petiisse, fassus ingenuè est, non tunc primùm se diris